

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossett[m] Episcopvm faventivn

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0121

LOG Titel: De Alucone. Cap. V.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

V S V S I N C I B O.

l. 9. c. 15

A "ΕΙΣΚΟΠΕΣ teste a Atheneo, esui, non sunt propter vitium carnis. Qui verò autumno tantum uno aut altero die apparent, sunt edendo viles & valde probantur.

DE ALVCONE. Cap. V.

A Luco proximum saltem ab Otis merebatur locum, quod magnitudine ipsi nihil ce deret. Scops tamen ei locum præcipui, ne aues nocturnas auritas, quæ ad idem genus quodammodo pertinere, vel hoc nomine videbantur, duelleremus. Maximè vero, quia pro Astone seu Oto a plerisq. haberetur, idq. ob multa, quæ vtriq. sunt communia. Diferentia enim similius non minus, quam contrariorum, si iuxta ponantur, magis elucescit, & minor negotio notatur. Nunc verò reliquias non auritis Aluco, vel hoc meritò præponendus venit, 20 quia magnitudine superior est, non Noctuis tam, sed & Vlulis, ut potè qui Gallinaceo etiam maior est.

Æ Q V I V O C A.

E stis, quod Græcum alioquin Aluonis nomen est, tanquam significati præcipui, significare præterea mensam coqui, seu lanij, ut Suidas scribit: videtur autem acui ultima ad differentiam vocis ελαος qua misericordia est. E' λειος vero per ει diptongum in penultima Accipitris genus esse scribitur Hesychio & Varino. Sed alias etiam nocturnas aues, non hanc rātum Grammatici quidam cum Accipitrum & Aquilarum genere ineptè confundunt. Glis etiam animal quadrupes ελαιος vocatur. Est & ελαιος per αι ausis nomen de qua inter Paros agemus. Item ελαια, aut forte ελαια parua est aus, quæ ελαι, id est, paludes inspeccat ab atundinibus.

S Y N O N I M A.

E 'ΑΕΩΣ Græcis Aluco dicitur, & forte ελαιος cum aspiratione, quasi ελαιος, id est, palustris dicendum. Nam Vlulæ quoddam genus à paludibus Germani etiam Maßhv appellat. Quod nomen alioquin etiam Buteoni tribuunt, quod corporis specie aliquatenus Vlulam aut Bubonem referat. Αλεκαλος legitur apud Aristotelem, ubi Gaza vertit Ciconia, quasi legerit πελαργός. Sed apparet hoc nomen Ialicum esse aut nocturna ab aliquo forte ascripsum, vt vocem Alcalaphon interpretaretur, & à librarijs postea perperam insertum. Sylvestrico Ololygon est Luocalis aus, videtur autem Luocalē pro Alocho, vel Alucone dixisse. Ololygon quidem apud Græcos varijs modis accipitur, à nullo tamen pro aue nocturna, etiū onomatopœia ipsa, ad Vlulam auem accedat. Alioquin Aristoteles ranarum marium vocem, qua fæminas ad coitum alliciunt, ololygona nuncupat. Vocis Bluco, qua nunc Latini vtuntur, author est Aristote-
lus interpres Gaza, qui em ab Italibz mutuatus videtur. Hanc enim vulgo Alocho nominant: vnde ipse vocem Aluco formauit, quæ apud veteres Latinos nusquam reperitur. Quod idem alijs sibi in Latinorū vocabulorum penuria fecisse comperitur. b Albertus ubi apud
a l. 2. His. circa fin. Oolygon. Luocalis. Etymolog. Aristotelem ελαιος legitur, habet Aquila Aleom, nimic ex Avenca, quicunque reliquias Arabibus Græce linguae ignarus, ideoq. malè Aristotelem vertens, & perius ipse à semilatinis hominibus, ut potè nec Latine nec Arabicæ callentibus traductus, omnia foeda barbarie conspurcunt, & tenebris casam illam nubem naturalibus rebus obtenderunt. Ceterum vernacula huius vocabulioriginem indaganti, neque aut domi nostræ, multo minus apud Græcos Latino suè eam reperiunt, commodum in manus uenit V Wolfgangi Lazij de gentium transmigratio-
nibus liber, antiquitates cum gentis tum lingue Germanicæ continens, qui mihi fidem fecit; /nam ut cuique artifici in sua arte, ita & culibet homini in suo idiomate, tanquam eius peritò credendum est.) Alocho nomen a Germanis petitum esse. His enim Lochen seu locken alliceret signat, & locker alleatore. Vnde addito articulo à pro ein, quo superiores Germani Au-
straci præcipue, frequentissime utuntur, fit à Locker, & immutatum Alocho. Eo autem no-
mine non temerè donatus videri potest, quod vt multis alijs nocturnis, ita & ipso aucupes re-
tibus viminibusq. iniuscatis auiculas capiendas alliciant. Multis enim alitibus insitum est ad
aves nocturnas vbcunq. visas, propter formæ nouitatem, tanquam ad ratum quodam specta-
culum denso grege confluere, ita vt Bubones, Vlulæ ac Alucones omnis illecebra instar sint.
Itaque incertæ aut iniuscantur aut irretiuntur. Partitione forsitan a origine nostratisbus aces
frugum nimicrum glumi paleæ ac quisquile locco dicuntur, quod ijs aut Gallinas agricola-
columba.


10 conuocare ; aut aream probè versam , in qua retia expandat , ipse post dumum sedens aucep^s, Zucharus.
 conspergere soleat , atque his auiculas alle^tare . Quibusdam Ital^a locis Lucharus dicitur , teste
 Nipho , quæ vox Germanicæ lucher etiam vicinior est , ex qua diminutiuæ voce facta Plombi-
 ni mōticulæ Oti minimum genus , quod Scopem fecimus , Alocharello nuncupant , vel ob am lo.
 quam cum Alucone habet similitudinem , vel ut verosimilis est , ob eundem r̄sum ad aucupia ,
 & quidem frequentissimum . Galli Aluconem teste & Petro Bellonio Hibou (quæ tamen alijs
 etiam communis est appellatio , vt Oro , sed cum cornuti adiecto discrimine) nominant , vel
 Chat huant quoque , voce partim ab actione , partim è sono petita : Chat , enim , id est , Carus
 dicitur , quod in instar felium nocturnum in agri venetur . Huant quod alta , ac sonora voce ex-
 elaret . Hoc enim Gallis verbum Huer significat . Vnde etiam Huette , quæ minimus Otus seu
 Scops denotatur , nomen inuenit , non autem ut Bellonius auctor ab Vlula Latinorum . Ger-
 manis composita voce Schleiereul vocatur , quæ tantundem , ac si Bubonem seu Vlulam flam-
 20 meatam dicas , valet . Schleier Germanicæ flammœum seu peplum , quo mulieres faciem cir-
 cumvulare solent , notat . Eul nomen est plerisque nocturnis apud Germanos communis , non
 Vlula proprium , vt male Ornithologus putauit . Habentem Aluco in facie ambitu plu-
 ram albarum seriem , ea figura dispositam , ut flammœum quo in Germania , & apud nos rusti-
 ce prefertim mulieres caput faciemq. obuelant , quodammodo referat . Qua de causa nonnullis Gallis Cisalpina populis Dame vocatur , id est , mulier seu matrona . Nonnullis Germanis
 forsitan Berchui , tanquam in montibus degat . Verum hoc Caprimulgus potius conuenit . Bel-
 gis Ransule , fortasse ab hac eadem forma plumarum orbiculata . Orbis enim Belgis Rant vo-
 catur . Illyricæ Leleck teste Gelenio . Schleiereul
 Dame .
 Berchui .
 Ransule .
 Leleck .

D I F F E R E N T I Æ.

30 **B**Ellonius & duo genera Aluconum videtur agnoscisse , vñli maius , nemp^e Caponis magni- a Lib. 3. de
 tudine ; alterū multò minus . Vtrumq. hoc nomine Chat huant cōprehendit , maioris mi- aribus . c. 32
 norisvè duntaxat addito discrimine . Hoc tamen minus seorsim postea describit sub no-
 mine Gallico Effraye , & Fresaye , & Caprimulgū , seu Argotilan Strigēu Aristotelis esse opi-
 natur , hoc solo argumēto adductus . quod noctu formidolosis hominibus , ut fœminis , & pue-
 ris , qui larvas , & spectra nocturna mirum in modum expauescunt , horribili , & absonta , voce in-
 cutiat . Qua de causa etiam Gallis altero illo nomine Effraye appelletur . Effraye Gallis nō
 aliue sonat , quām incusso subitò pauore quempiam conterrere . Sed cū hæc auis nostrum
 Aluconem , eumque verū omnibus notis exprimat , cū quod præcipuum est in Argotila ca-
 pras mulgere , nunquam comperta sit , tūm etiam ab Alucone , quem ipse ponit vix alia re , quā
 magnitudine , & rostro discrepet , denique cū codē cū maiori apud Gallos nomine gaudeat ,
 40 nos eum non Caprimulgum , sed Aluconem minorem , & genuinum statuemus .

D E S C R I P T I O.

50 **E**'lio^s seu Aluco maior est Gallinaceo authore & Aristotele , quod de maiori teste Bello
 nio è duobus verū est Maius est hoc genus Noctuus , & Vlulis , sed Oris minus , omnibus Magnitudo
 hoc peculiare est , ut palpebram à summo oculo ad imum adducentes , coniueant . Auri-
 culis i. u. cornibus caret , sed horum loco habet veluti coronam quandam è plumis constructam Aures .
 que faciē totā obit , pinnulis nēpē supra oculos , superciliorū alto ū modo , eleuatās , & vtrinq.
 per tempora , necnon sub mentum descendendo in orbem cocuntibus in flammœum seu pepli
 mulieribus formam , quo caput , & faciem mulieres obuoluunt . In cuitatem profundam à plu- Oculi .
 mulis vndiquaq. surrectis constitutam oculi immerguntur magni , atri toti , nulla colorum di- Pars prona
 versitate , ut in alijs auritis , distineti . Pars auis prona , nemp^e pectus , & venter albescit , maculis Rostrum .
 nigris respersa maiusculis , Rostrum album est , admodum aduncum , quemadmodum , & vñ- Crura .
 gues . Crura plumis continguntur candidis . Pedes verò pilis tantummodo . Dorsum colore plum- Dorsum .
 beo notulis variegatum albidis . Corpus denso plumarum tegmine vestitur , quod in causa est ,
 vt Caponem æquat magnitudine ; si verò denudatur vix pullo Gallinaceo par est . Alæ ma- Vale .
 gne sunt , ita vt ultra ultimam caudam protendantur .



Alter Aluco, quem nos depictum exhibemus, priori in multis similis, sed minor est. Neque enim domesticam Columbam magnitudine excedit. Anterior capitis pars similiter plumulis candidis in formam flâmei cincta viderit, quas circulus luteus undique ambiens claudit. Oculi nigerrimi versus interiorem. & maiorem canthum plumis luteis obsidentur. Rostrum album, breve, nō adeò aduncū, quale fide est Corui. Pectus, venter, alae interiores, rropygium inferius, femora plumis cinereis teguntur. Venter ad latera päsentim notis exiguis veluti pâlis nigris distinguitur. Verte a capitis, collum, dorsum, alae ad pennas remiges usque plumis vestiunt ab initio propè radicem cinereis obscuris, seu plûbeis, reliqua luteis seu ferrugineis dilutis. Singula præterea pénæ in medio iuxta calamum seriem macularum ex albis, & nigris sibi mutuò suc cedentibus constitutam ostendunt. Dorsum verò promiscuè, alaq. hinc inde densis veluti punctis nigris resperguntur. Quæ remiges integunt, primi, & secundi ordinis pluma, to-

10 mæ, totæ rufæ obscuræ, cinereo nonnihil dilutæ, circa apicem præsertim, copiosè eiusmodi punctis nigris resperse. Remiges denique ipsæ lineas transuersas ijsdem puctis ordinatè compositæ obtinent, extremis item similiter densa punctorum velut aspergine irroratas, cætera fulvas, fulvisq. & nigris transuersim maculis adornatas. Cauda similiter rufa lineis transuersis Cauda, seu zonis fasciis distincta. Tibiaæ, & pedes vallis horrentes, nonnihil rubent. Hi binis autem Pedes, & totidem retrò digitis instruti, vngubus armantur longis, validis, acutissimis, & aterrimis. Vtque ram maior quam minor simili macularum diversitate variegatur. Minorem scribit b Bellonius præter mortem cæterarum nocturnarum oculis exiguis prædictum esse. Verum istam cap. 35. oculorum paruitatem, cum mediocres videantur, nostro vix obseruare potui.

V O X.

MINOR Aluco, quem Caprimulgum opinatur Bellonius, vocem noctu edit admodum terribilem, adeò ut formidolosis pueris, præsertim, & feminis, quos umbra, & spectra nocturna terrent, paurem incuriat. Quæ in causares fuit, ut ipse hanc aum Aegothalam Aristoteles suspicatus fuerit, seu Strigem, quæ ab horribili suo stridore etiam quo noctu Bellony er obstrepit, ita dicta fuit.

V O L A T V S.

Aluco maior a Bellonio teste transuersim inter volandū fertur, qui Ardeis etiā volandi mos est. a Lib. 2.c.

2.

L O C V S.

E'lio minor seu Gallorum Effraye, ut inquit a Bellonius, rario multo conspectu est, quam a Lib. 2. etiam cauernis, quas temporis vetustate teredo excavauit. In saxis item præruptis montanisq. non minus quam humilibus locis habitare compertus est. cap. 35.

V I C T V S. P V G N A.

Aluco quod fortè cepit animalculum, siue auicula fuerit, siue mus maior, minoru, integrum deglutit. Tam ampla enim gula est, ut bojos ouo maiores integras transmittat. Neq. verò aliud quidpiam cibi assumere aggreditur, antequam deuorati animalculi ossa, pilos plumasq. à reliqua carne secretas reijciat, ac reuomat, haud secus quam Alcyon piscatorum comesorum pinnas, & oscula transusta cibi coctione velut inutilia, & nocitura ore excernit; natura id sua sponte machinante, & peragente, quod animans præ nimio edendi odore, ac festinatione neglexit, dum ea, quæ nutriendo non sunt, neque à naturali calore subigi cuin- ciq. queunt, à probo, & molliori alimento se gregat. Picas etiam, ut testatur a Aristoteles, venatur, ut Vlula. Impugnatus pari arte, & astu, qua de auritis dictum est, se defendit, ad propugnam, a 8.H.s.3. dum potius, ut videtur, quam ad offendendum compositus.

OBSERVATIO IN ORNITHOLOGVM.

QVAM Ornithologus Vlulam flammeatam vocat, & pingui curauit, nos prius alia à noctis putantes, quod nimirum virtus pictoris, à quo iconem ipse accepérat, inscítè delineata, viuā aum minime repræsentet. Seorsim etiā exprimi curaueramus, ne quod in hoc autem vniuersali coetu quoad fieri posset desideraretur. Postea ram penitus rē introspectiæ collatis diligenter huius, & nostri Aluconis descriptionibus, & figuris, planè eūdem esse deprehendimus cum eo, quæ nos accuratiū delineatam dedimus, qui etiam illius via considerati prodet facile. Ut aptè Vlulā ex hac aue, faceret, solo nominis argumento ductus fuit, neq. eo ipso satis firmo. Videlicet enim Germanis Schle yereul dictum esse ob consonantiam, & allusionem Germanici Eul cum Vlula, statim Vlulam esse statuit, sed flammeatæ distinctione: cum Germanum latere non debet, illud nomen ipsi vernaculi Eul, non Vlula tantum, sed omnibus omnino nocturnis rapacibus commune esse, apud vulgus potissimum, quod non ita exacte species rerum discernit. Enimvero si Vlulas omnes putabimus eas aues, quas Germani Eul indige-

indigitant, iam tota noctuarum turba in Vlulas abeat necesse est. Ut verò opinionem hanc nostrā veram esse probemus, Iconem, quam Ornithologus ponit, hic subijcere etiam vīsum est.



D E V L V L A. Cap. VI.

VL V L A M Aluconi, vrpotè Gallinaceo maiori postposuimus, quod Gallo æquale mna:
turafecit, & Aristoteles agnoscit. Reliquis igitur nempè auritis (excepta Scope) & Alu-
cone, præsertim maiore maior est, & Noctuam solam magnitudine superat, & eo nomine illi
præfertur.

NOMEN